

## 29.

*Schreiben der Universität an den Papst, in welchem dieser gebeten wird, die wegen gewisser Universitätsangelegenheiten an ihn geschickten Gesandten gütig aufnehmen und erhören zu wollen.*

[1440?]

5 *Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 1249, fol. 110<sup>a</sup>.*

*Anm.: Es trägt die Ueberschrift: Epistola pro negotio universitatis ad papam und ist aus der Ars rhetorica des Joh. de Ratispona entnommen, wo es auf ein Schreiben des römischen Königs Friedrich an den Herzog Friedrich von Sachsen, betreffend die Einberufung eines neuen Konzils, folgt.*

Sanctissimo patri ac domino ꝛc. Universitas magistrorum et scholarium Lypcen-  
 10 sium ad pedum oscula beatorum licet ad piam sedis apostolice sanctitatem cum devote  
 supplicacionis humilitate recurrere oporteat, quociens necessarie condicionis materia nos-  
 citur interesse, maxime cum nec de iusticia petitionis ambigitur, nec de benignitatis  
 apostolice sedis clemencia dubitatur. Ideoque de vestre pietatis misericordia confidentes  
 15 que iustas oracionum preces exaudire non renuit et universitatem nostram paterne dilec-  
 tionis animo respicere consuevit, paternitati vestre cum debite veneracionis oraculo suppli-  
 camus, quatenus nos et honesta nostre congregacionis negocia solite liberalitatis oculo  
 contuentes, tales nuncios pro nostris negociis exequendis, que vobis iidem nuncii plenarie  
 declarabunt, ad vestre sanctitatis presenciam destinatos dignetur vestre gracie sanctitudo  
 20 recommendatos et causam vobis universitatis nostre presentandam sub apostolice pro-  
 tectionis auxilio confovere, nos, studium et quelibet acta nostra iuxta vestre provisionis  
 rectitudinem ordinantes, ut sub pio regimine tanti patris nostre devocionis affectio guber-  
 netur et omnis querele materia consopita virtuose studiositatis indagine reformetur.

## 30.

25 *Der Rektor der Universität gestattet einigen Universitätsangehörigen außerhalb der gemeinschaftlichen Bursen der Magister zu wohnen.*

1441 Mai 18.

*Hdschr.: Copiale magnum T. I. fol. 10.*

Nos Iohannes N. rector alme universitatis studii Liptzensis tenore presentium  
 recognoscimus ut discreti N. nostre universitatis supposita extra bursas communes  
 30 magistrorum morari sive stare valeant usque ad festum s. Georgii<sup>a)</sup> sive Galli<sup>b)</sup> pro-  
 xime venturum a dat. presentium computandum ipsis presentibus indulgemus. In cuius  
 fidem sigillum rectoratus presentibus duximus subimprimendum. Sub anno domini  
 m<sup>o</sup> cccc xli die decima octava mensis maii.

30. a) 23. April. b) 16. October.